



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 9. De primo modo exercendi Divinum amorem per Viam petitionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

corpore verfaberis, actualiter amando Deum, veluti Angeli in  
 celis, vel amore elicit, & elimpato.

Hucusque de actibus Divini amoris, agamus nunc de  
 modis exercendi illum.

*Varij Modi Divinum exercendi  
 Amorem.*

CAP. IX.

*De primo modo exercendi Divinum amorem  
 per viam petitionis.*

Primo & præ reliquis omnibus, ro obtinendo puro ac  
 sancto amore necessariū est, ut instanter & contritū  
 illum postules à Deo, à quo est omnia datum optimum,  
 & omne donum perfectum. Omnia siquidem dona *Iacob. 1.*  
 omnes gratiæ, & in particulari hoc donum charitatis,  
 quod est donum donorum, gratia gratiarum nullam aliā  
 agooscit causam, quàm ipsū Deum.

S. Apostolus docet modum postulandi donum à Deo *1. Tim. 2.*  
 is: *Per orationem, petitionem, obsecrationem.* Primum,  
 per orationem, quæ est ascensio mentis in Deum: suble-  
 vando se per considerationem æternitatis mansionum  
 in cælis, ubi cælestes iocundantur, ab omni amore terreno  
 remoti, ardent purâ flammâ Divini amoris. Secundò,  
 per petitionem, cum omni humilitate & submissione,  
 unam petere à Domino, hanc requirere, sanctum, vide-  
 licet, & purum amorem. Tertio, per obsecrationem, quæ *S. August.*  
 adjuagat petitionis in medio, ut, cum illum petas *in Soliloq.*  
 merita Sanguinis Christi, ejusque sanctissimæ Marris.

Accedes igitur instar al cuius pauperuli & mendici,  
 orbatus sancto amore, & quocunque alio spiritali  
 bono & dono, propriis duntaxat repletus imperfectio-  
 nibus & peccatis, ostiā in mendicantibus per amplis-  
 sima cælestis paradisi palatia, ab omnibus Angelis &  
 electis Dei ad thronum usque sanctissimæ Trinitatis po-  
 stulabis sanctum & purum amorem per Sanguinem  
 Christi & gratiam Mariæ Virginis.

C 4

Pieca-



Precaberis cum S. Augustino : *Da, Domine, jubes, & jube quod vis. Fac me, Domine, sentiri affectum, quod sentio per intellectum.* Et cum Francisco : *Amore amoris tui moriar, qui amoris mei dignatus es mori.* Et cum S. Antonio Lojola : *Amorem tui solum cum gratia mihi dones, & dives sum satis, nec aliud quicquam ultra posco.*

Verum, quia petitionis instantia dependet ab estimatione rei, quae petitur, aestimabis hanc gratiamque appetiaberis supra omnes alias gratias, in omnes creaturas, imò teipso infinito majorem, dicendo cum Sapiente : *Proposui illam regnis & sibi, & divitiis nihil esse duxi in comparatione illius.*

Sap. 7.

B. Henr.

Suso. sap. 7.

Prov. 23.

Is fuit petitor cuiusdam Sancti, Optavit & dante illi spiritus : *invocavit, & venit in eum spiritus sapientia.* Sicuti petit Divini amoris gratiam, continuit. Comparuit huic Beato sanctus Amor formâ ejusdem juvenis infinito coruscantis splendore & decore, cuius in facie scriptum erat, *Veritas* : in capite, *Aeternitas* : in ore, *Suavis* : in veste, *Felicitas* : in manibus, *Rerum omnium abundantia.* Et conversus ad Beatum dixit ei : *Fili, pro mibi cor tuum.* Ex quo aspectu & alloquio adeo accensus fuit in amorem Dei, ut cultello, quo manu tenebat, scripserit (fundendo magnam sanguinis copiam) in proprio pectore sanctissimo nomen JESU, & è pectore, gratiâ Dei singulari operante, scriptura illa transtulit ad cor, cui nomen hoc sacratissimum adeo firmiter insculptum & impressum fuit, ut semper Jesum haberet presentem, nec de alio cogitare aut loqui poterat, quam de suo per dilecto & dulcissimo JESU.



CAP.